

CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

1247/07/18.

169

María Martínez véndelle ó mosteiro de Toxos Outos a herdade que ten en Vilar de Costa, en Sta. María de Coiro, por vinteseis soldos e un cuarto de millo “pro robore”.

B.- Tombo, f. 64r.

Carta de Maria Martini, filia Martini Sarrazin, de hereditate de Villari de Costa.

In Dei nomine. Ego Maria Martini, filia que fuit de Martinus Sarrazeni, et omnis uox mea vobis domno Petro Martini, abbate monasterii Santi Justi de Togis Altis, et omnis conuentus eiusdem loci, facio vobis et monasterio uestro kartam uenditionis siue donationis de hereditate mea propria quod habeo in terra Celticis in villa quod uocitant Villar de Costa subtus monte da Patra de Omne, concurrentia ad aulam Sancte Marie de Coyro, discurrente riuulo de Padro, in loco certo Villar de Costa, meo portio integro da medietate faciunt inde VIII^e nonas et est inde mea a medietate de una de meo patri Martini Sarrazeni siue da abiorum quomodo \de/ ganancia quantum ibi habeo uel habere debeo per suis terminis anticus, \exitus/, intus et de foris, de montes a fontes per ubi potueritis inuenire quantum aprestitum hominis est, id est precio solidos XXVI, et pro robore quartarium unum de milio qui a nobis et uobis bene complacuit, ita de precio quam de robore nichil non remansit in debito; ex hoc habeatis uos omnis uox uestra et posteritas uestra in secula seculorum im pace.

Si aliquis homines ex parte nostra uel extranea contra ista nostra carta ad irrumpendum uenerit uel uenerimus pariat ipsam hereditatem duplatam uel triplatom et quantum fuerit melioratam et insuper solidos La uoce regi; et statuit carta in robore.

Q. p. f.: Martinus Pelaiz de Sarantes, ts. Martinus Martini de Soeuos, ts. Petrus Pelaiz de Bustauoos, ts. Petrus Costa. Don Petrus Gasco, conf. Afonso Martini, conf., in cuius manus fuit roborata.

Petrus Martini, notarius, qui notuit.

Facta est carta vendicionis era I^a CC^a LXXX^a V^a et quotum XV^o kalendas augusti.